













1764.

\*

1. Ackermannus: De testamento judiciali atque  
actuario neque obligatio scilicet valido.

Programma, quo ordinarius senior caethe-  
dralis facultatis juridicae assessores et memo-  
riam Ackermannianam indicunt.

\*

2. Bornius: Trist paradoxon juris: Licet  
in mora accipiendi sit, licet venditori  
rem venditam alterius vendere, etiamsi  
lex commissoria non adjecta fuerit.

3. \* Schuepfer - Gerdorf: Rhapsodia quae-  
stionum in foro quotidie obviantium,  
neque tamen lege decisarum. Collect. I.

Programma, quo ordinarius senior cae-  
dralis fac. jur. assessores memoriam  
Schuepfer - Gerdorfianam indicunt.

4. \* Baucus, Johannes Gorpelus: Programma,  
quo ordinarius fac. jur. ad memoriam Joha-  
ni Gorpeli Baueri calendarum indicunt.

1764.

5. Bauer, Hunnicus Gortpers: De pecunia fidei  
dati. Programma, quo et orationem academi-  
calem iuvitat. 10
6. Bauerus, Hunnicus Gortps: De testamento  
mystico. 11.
7. Bauerus, Hun. Gortpers: An et quatenus  
fideicommissarius universalis legatum a  
fiduciario relictum solvendo se pro herede  
ejus gessisse existimandus sit? 12
8. Bauerus, Hun. Gortpers: Tus venendi  
contra privatam an sit praescriptio ab-  
noxium. 14
9. Buchnius, Joh. Gottlob: De ordine Draconis  
instituto a Sigismundo Imp. Palatio, memoria  
Hunniciana, Testimoniali, Pisdionae. 15  
celebrandae praemissa. 16



1764.

10. Breuning, Christianus Hurrus: De Clausula  
testamentaria, ne a testatoris voluntate  
recedant heredes.
11. Breuning, Christianus Hurrus: An alienus prolonga-  
tio debiti moram purget.
12. Breuning, Christianus Hurrus: De mandato  
praesumpto.
13. Breuning, Christianus Hurrus: Capita juris  
controversa. Specimen 11.
14. Breuning, Christianus Hurrus: De alienatione  
subditorum.
15. Breuning, Christianus Hurrus: Capita juris  
controversa. Specimen 13.
16. Breuning, Christianus Hurrus: Capita juris  
controversa. Specimen 14.
17. Breuning, Christianus Hurrus: An alienus jur-  
amentum in probandi modo dicitur?



1764.

18. Breuning, Christianus Hur: De natura  
ac usu actionum utilium
19. Breuning, Christianus Hur: De tutore uncel-  
gisto ad rationes reddendas obligato.
20. Breuning, Christianus Hur: De jure expellendi  
legatum gentis liberali.
21. Breuning, Christianus Hur: Capita juris  
controversa. Spec. 12.
22. Breuning, Christianus Hur: De jure restringendi  
libertatem subditorum.
23. Breuning, Christianus Hur: De herede  
in donatio propter nuptias instituta
24. Breuning, Christianus Hur: De probestatione  
contra acceptationem conditionatam  
litterarum cambialium.



1764.

25. Hommel, Carolus Ferdinandus: *Mortuus uno  
Conjuge testamentum recipere cum ex parte  
superstitis illico filius debilitatum ac omnino  
invalidum. Programma, quo sollemnis Inven-  
taria Georgii Augusti Marchii - - - indicit.*

26. Hommelius, Carolus Ferdinandus: *De iniquitate  
legum Romanarum remissionem cautionis un-  
fructuarie testatori Venegantium.*

27. Hommelius, Carolus Ferdinandus: *De nobili  
vasallo in dominium committente.*

28. Hommelius, Carolus Ferd: *Matrimonium  
sine proposito liberis procreandi legiti-  
mum 2. Sumpt. 1764: 1766.*

29. Kuestnerus Christianus Wilhelmus: *fac. jurid. pro  
Cancellarius: legem 2. C. de resc. vend. liberis  
hereditas non upitalari conhendit. Program-  
ma, quo honores doctoris juris Guesper  
Ligismundus Suffero indicit.*

1764.

30. Mureti, Georgius Augustus : de divorciis 36
31. Platnerus, Fridricus : de exceptionibus ne-  
cessariis si ne juri publici. 37
32. Thomaeus, Franciscus, fac. jur. procurator :  
Prohibita alienatio bonorum hereditariorum  
ad mobilia et extendenda. Programma,  
quo Comiti Godofredo Jizmanni panegyricum  
doctorem indicit. 38
33. Wisand, Georg Steph : Primum honorem do- 40  
minum a vasallo praestandum ex jure antiquo  
repetit. Programma, quo ad orationem au-  
spicalem invitatur.
34. Wisandus, Georg Steph. : Vindiciae 1152 D.  
de justitia et jure. 41
35. Wisandus, Georg Steph. : Vindiciae 1152 D.  
de justitia et jure



1764

36. Wiersandius, Georg Steph: De osculis jurium  
symbolicis.

37. Wiersandius, Georg Steph: Vindiciae 1181. P.  
de iustitia et jure.

38. Wiersandius, Georg Steph: De origine et natura  
fidelitatis vasallitiae

39. Wiersandius, Georg Steph: De ratione interpre-  
tandi mandata an sollemnia.

40. Wicke, David Gottfried, Regius: De obliga-  
tione parochianorum ad reparanda aedificia  
ecclesiastica.

41. Zigmannus, Petrus Gottfried: De nominibus,  
qui a cautione pro expensis immunes sunt.





8638.

1764,7

AN ET QVATENVS  
FIDEICOMMISSARIVS VNIVERSALIS  
LEGATVM A FIDVCIARIO RELICTVM  
SOLVENDO SE PRO HEREDE EIVS GESSISSE  
EXISTIMANDVS SIT

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO  
P. P. O. COLLEG. MINOR. PRINCIPP. COLLEGIAT.

D. XXIII. IVNII. A. C. MDCCLXIV.

IN AVDITORIO ICTORVM

DISPVTANDO INQVIRET

FRIDERICVS OTTO MENCKENIVS

OPITIO MISNENS.

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA









AN ET QVATENVS  
FIDEICOMMISSARIVS VNIVERSALIS  
LEGATVM A FIDVCIARIO RELICTVM  
SOLVENDO SE PRO HEREDE EIVS  
GESISSE EXISTIMANDVS SIT.



§ I.



Exemplo rem illustrari recte dicunt, estque haec *Institutio vs-*  
illustratio inprimis in controuersis quae cir-<sup>titio.</sup>  
ca fideicommissa offeruntur, et varia quidem,  
admodum dubia, nouaque quotidie offeruntur, inprimis  
necessaria. Proponam igitur rem ipsam, quae materiam  
scribendi mihi suppeditauit. Titius, relicta vidua et filia,  
vtramque heredem sequentem in modum instituit: Vt vi-  
delicet duo millia filiae, reliquam vero substantiam viduae  
hac lege tribueret, vt, praeter quingentos thaleros, libero  
cuius





eius arbitrio relictos, post mortem suam, simul cum suis bonis, filiae, de restituendis omnibus cauenti, vtendam fruentam eam relinqueret, haec vero, filiam puto, defuncta confusam patris matrisque hereditatem integram illibatamque suis liberis, fideicommittentis quippe nepotibus, relinqueret. Nec vidua defungitur intestata, vt potius, filia itidem herede scripta, praeter leuia quaedam legata exteris adscripta, alteri neptium duo, alteri tria millia, adempto matri eorum fructu, tribueret, reliquis filiae heredi bonis, sub onere cautionis restitutionisque post obitum nepotibus praestandae, relictis. Quo facto, filia integram hereditatem ingreditur, relictaque exteris legata praestat, quaeriturque, an hoc ipso ad praestanda filiabus legata se obligauerit.

## §. II.

*Fiduciario non licet recedere a fideicommittentis dispositione.*

Ecce rem admodum dubiam. Non subsistit, quod facile omnes largientur, testamentum fiduciarii, quatenus fideicommittentis voluntati refragatur, nulla inter hereditaria, et propria fiduciarii bona, si haec etiam restituere rogatus est, admissa distinctione. Siquidem certum est, heredem pariter ad rem propriam praestandam, quam hereditate quaesitam, compelli posse §. 4. *I. d. Legat.* Neque obstat, quod nemo iure ciuili sibi ipsi testandi potestatem possit adimere *l. 15. C. d. Pact.* ex quo videtur inferri posse, fiduciarium heredem, et si hereditatem adierit, solummodo ad hereditatem acceptam restituendam se obligasse, et inanem esse testatoris debere dispositionem, qua here-





heredem sua etiam bona iusserit fideicommissario relinquere. Ut potius valeat, quia, qui honoratur, onerari etiam potest, et prohibita renunciatio facultati testandi solum ad pacta successoria pertinet, si quidem absurdum esset, vltimarum voluntatum fauore arbitrium testatoris coarctare. Ut vel detractio quartae Trebellianicae, si vel diserte eam testator prohibuerit, vel cautela Socini fuerit vsus, cessare debeat, possitque, nisi hanc obligationem fideicommittens remiserit, ad praestandam cautionem fideicommissariam fiduciarus adigi. Quae cautionis remissio id quidem fiduciaro tribuit, quoniam crescit natura sua vniuersitas, ac decrescit, v. BERGER. in *Oecon. Iur. Lib. IV. Tit. X. §. 1. not. 1.* vt viuus eam iure suo deminuat, ea vero nihil impediante, mortis causa in cassum contra fideicommittentis dispositionem testatur. Igitur, si ad nostram redimus causam, vidua, etsi ad conficiendum inuentarium siue specificationem super mariti hereditate suisque bonis, et ad cauendum de bonis restituendis, immunis ab hoc onere in ipsis testamenti tabulis dicta, haud fuerit obligata, v. *l. 6. C. ad Sct. Trebellian.* iniuria tamen sua filiae vsumfructum in paterno testamento, exclusae tiam Trebellianicae detractio, adscriptum, vltima voluntate deminuere studet.

§. III.

At enimvero propterea existimandum non est totius Propter legata inualide testamentum haud corrui. materni testamenti robur concidisse. Siquidem testamentum dispositionem sistit super vniuersitate bonorum testatoris







toris, adeoque tum quidem, quando heredis institutio, id est successoris vniuersalis designatio, legibus repugnat, corrumpitur, reliqua vero capitula sua quaeque labe concidunt, et vel heredi ipsi, vel alii successori, qui in testamento continetur, accrescunt. Ex quo statim porro intelligimus, subsistere debuisse legata, in testamento viduae nostrae fideiuciariae ordinata, quatenus pretio quingentorum iochimicorum, eius fidei haud commissorum, continebantur, heredemque adeo ad praestanda ea compelli iure potuisse. Quumque eius tantum sit nolle, qui velle potest, *v. l. 3. D. I. R. I.* merito dubitatur, an filia eorum praestatione ad praestanda etiam reliqua, fideicommissentis ordinationi repugnantia, se obligasse censeatur patiatur. Nemo facile praesumi potest conditionem suam deteriore reddere voluisse, et procul dubio vtilius erat filiae, ex patris, quam matris testamento succedere. Quae quanquam praestitit legata a matre prouenientia, sola tamen praestitit, a fideicommissentis voluntate non aliena, eamque ob causam necessario praestanda.

## §. IV.

*Declaratur  
natura pro herede  
gestionis.*

Totius rei cardo in eo vertitur, ut constet, filiarum horum legatorum praestatione se pro herede matris gesserit, an minus. Licebat repudiare matris hereditatem, possessionemque bonorum ex fideicommissentis dispositione, cui, adeundo hereditatem, se mater obligauerat, omnium apprehendere. Neque, hac sola apprehensione, metuendum erat, animum pro herede gestionis declarare.



declarari. Etenim pro herede gerere eum solum dicit  
 VLPIANVS ad IULIANI simul testimonium prouocans,  
 qui aliquid faciat, quasi heres, quod non tam facti sit,  
 quam animi, quia hoc animo esse debeat, vt velit esse he-  
 res v. l. 20. D. d. *adquir. et omitt. heredit.* Ex quo vlte-  
 rius inducit ICTUS, qui sepeliuerit patrem, hoc pietatis po-  
 tius causa, quam heredis animo fecisse, habendum, qui  
 locauerit fundos hereditarios, si eo id animo fecerit, vt  
 substituto vel ab intestato heredi prospiceret, ac si pro  
 herede gesserit, non esse existimandum. Idem VLPIA-  
 NVS in l. 42 §. 3: *proponebatur filius, inquit, a patre de*  
*castrensi peculio seruos comparasse, eosque a patre manumit-*  
*tere rogatus, cum heres esset ab eo institutus; Querebatur,*  
*si se abstinuisset paterna hereditate, eosque manumisisset, an*  
*miscuisset se paternae hereditati videatur? Dicebamus, nisi*  
*euidenter quasi heres manumiserit, non debere eum calum-*  
*niam pati, quasi se miscuerit hereditati.* Superfedeo alia  
 iuris capitula congerere, quae pariter, atque allegata haec,  
 euincunt, in gestione pro herede ad animum potissim-  
 um eius, qui negotium susceperit esse respiciendum.

## §. V.

Neque vero haec impediunt, quominus facta susci- Legatorum  
praestatio, an  
pro herede ge-  
stionem neces-  
sario inferat.  
 pere in possessione hereditatis constitutus ea possit, quae  
 heredis qualitatem atque adeo gestionem pro herede ne-  
 cessario inducant, quo pertinet l. 21. §. 1. D. d. *adqu. vel*  
*omitt. heredit.* add. WERNHER *Part. VIII. Obseru. 375.*  
 vt ne tum quidem protestatio, quippe facta contraria ab  
 obli-





obligatione heredis possessorem liberet v. LEYSER ad *Pandectt. Meditat. VII. Specim. CCCLXX.* cuiusmodi factum WERNHER. *Tom. III. Part. II. Obs. 345. p. m. 245. seq.* legatorum quoque exsolutionem ventitat. At enimvero ingenue fateor, me probatione, qua ad confirmandam hancce thesin vitur, non omnino conuinci. Scilicet prouocat ad *l. 8. §. 1. l. 35. §. 1. C. de inoffic. Testam. l. 10. §. 1. l. 12. pr. et l. 23. §. 1. D. eod.* quae iuris capitula ad vnum omnia hoc loquuntur, inofficiosi querelam exulare ex eius parte, qui legatum in testamento sibi adscriptum suo nomine acceperit. Taceam, istam inofficiosi querelam, quippe reuerentiae parentibus debitaereluctantem, inuidiosissimam Romanis fuisse. Ut potius concedam, et exsolutionem pariter, atque petitionem legati, natura sua, quia incumbit heredi legatum praestare, agnitionem heredis inferre. In hypothesei vero nobis oblata, si hac se defensione filia tueatur, vt, se ex paterno testamento succedere, eaque adeo sola, quae huic respondeant, a matre profecta se praestare legata dicat, audiendam eam, et litem iurisiurandi religione dirimendam esse existimo.

T A N T V M.





Leipzig, Diss., 1764



f  
TA 30L

nur 31. Stück bisher verknüpft

VD 18





inches  
Centimetres



Farbkarte #13

B.I.G.

8633.

1764,7

AN ET QVATENVS  
FIDEICOMMISSARIVS VNIVERSALIS  
LEGATVM A FIDVCIARIO RELICTVM  
SOLVENDO SE PRO HEREDE EIVS GESSISSE  
EXISTIMANDVS SIT

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

P. P. O. COLLEG. MINOR. PRINCIPP. COLLEGIAT.

D. XXIII. IVNII. A. C. MDCCLXIV.

IN AVDITORIO ICTORVM

DISPVTANDO INQVIRET

FRIDERICVS OTTO MENCKENIVS

OPITIO MISNENS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA

